



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis  
Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Gregorij XIII. in Philippum beneficia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

Christi  
1590

Sixti V. Pap.  
6

Ætatis  
76

339

sens modò, verùm in posterum etiā liberatur, quod profecto absq; miraculo contingere non potuit.

Quidam in diuino officio recitando adeò scrupulis cōficiebatur, vt penè diffideret: ad hanc itaq; pestē auertendā multa tentat, ne quicquam expertus, tandem ad Philip-pū confugit: ille recognita claudēs illico cubiculi fores hominem à se dimittit; Deum pro eo precaturum pollicetur: abijt ille domum, diuinumq; officium recitare aggressus ab omni illa diaboli tentatione libe- rum se prorsus aduertit.

Multi præterea maximis pressi solicitudinibus, vel ex hoc solūm quòd eum alloquebantur, lāti inde recedebaut.

Iesu Christi anno Greg. XIV. pāp. anno  
1590

I

76

anne prid.

Kal. Febr.

Bedam in

Cutberto,

& demum

G fridum

in S. Ber-

nardo lib.

¶ cap. I.

e

Id ipsa cui

contigit sa-

cramento

testatur.

a

Eam rem

ſuramento

firmauit

Federicus

Car. Bor-

romaus.

Gregorij XIII. in Philippum beneficia.

Nunc ad res à Philippo gestas  
Gregorio decimoquarto (ni-

Vitæ lib. 2

Y 2

Greg. XIV.  
creatur

hil

340	Christi 1590	Greg.XIV.Pap. 1	Ætatis 76
-----	-----------------	--------------------	--------------

monis De-  
cembr. an-  
no millesi-  
mo quin-  
gensimo  
nonagesi-  
mo. Sedit  
menses de-  
cem, dies  
decem.

hil enim de B. Patre, Urbano VII,  
Pontifice ob Pontificatus breuita-  
tem scribendum occurrit) Hic por-  
rò est ille Gregorius, cuius permisso  
B. Pater sacrum priuato in facello  
(erat id suo cubiculo proximum)  
facere cœpit: ibi enim ille desiderio  
se Deo liberius coniungendi, ad ea  
verba cum ventum esset; Domine  
non sum dignus, tum circumstanti-  
bus, atque ipso ministro foras exire  
iussis, ipse solus in facello manebat,  
moxque ut solus erat ab arbitris re-  
motus, non prius sanctissimam Eu-  
charistiam sumebat, pretiosissimūq;  
sanguinem degustabat, quam duas  
frequentius circiter horas, plus, mi-  
nusue, in tanti, tamque admirabilis  
sacramenti contemplatione, maxi-  
mo cum sensu pietatis, ingenti la-  
crymarū profusione consumpsisset:  
tum Christi corpore, ac sanguine  
sumptis, administro ingresso rē sacrā  
perficiebat. Absoluto sacrificio ita  
nonnunquam abstractus à sensibus

appa-

Christi      Greg. XIV. Pap.      Ætatis.  
1590            1                76

341

apparebat, vt exanimatum magis  
quam viuentem crederes.

Concessit præterea Philippo hic  
idem Pontifex, vt ab officio diuino  
recitando propter frequentes egro-  
tationes, & ecstases abstineret, eius-  
que loco Coronam recitaret: ve-  
rū ille eger, medicis ei diuino offi-  
cio, horisque canonice nominatim  
interdicentibus Coronam recita-  
bat: sanus nūquā permissa vti vo-  
luit licentia; diuinum officium, vt  
nunc est, perpetuo recitauit.

Iesu Christi anno      Greg. XIV. pap. anno      Ætatis anno  
1591                            1                        76

### *Predictio.*

**A**nno Christi millesimo quin-  
gentesimo nonagesimo primo  
mulier primaria cum in grauissi-  
mum morbum affecta iam ætate  
incidisset unus ex propinquis vere-  
ri cœpit, ne femina Patres Congre-  
gationis bonorum suorum hæredes

Hanc rem  
satis per-  
ulgatam  
quatuor  
sacerdotio  
prediti in-  
rejurando  
firmarunt.

Vitæ lib. 2.

Y 3

insti-